

Sigismundus primus rex Poloniae

14

Illustri principi et domini affinis noster char-  
rissime. Miramur ignorare vestram illustri-  
tam ea gravamina, easque iniurias quas re-  
gnum nostrum hactenus isthinc ex Slesia  
pertulit, cum tamen frequentissime cum per  
litteras, tum etiam per nuntios et oratores no-  
stros egerimus apud serenissimum nepotem  
nostrum dominum Hungariae et Bohemiae re-  
gem de ipsis iniuriis, et praesertim de mo-  
neta Svidniciensi sistenda, quae sub signis no-  
stris indignissime et cum maxima regni no-  
stri iactura auditur. Nihil tamen tot postula-  
ta et rationes, hactenus prodesse potuerunt, quae  
tam regno Hungariae quam Bohemiae, totique  
vicinia sunt notissima. Nequeuntis autem sub-  
diti nostri ulterius, ea gravamina, damna et  
vilipendium ferre, egerunt nobiscum magna  
instantia in conventu generali, ut itinera o-  
mnia in Slesiam nostris praeccluderemus, in  
quo nos illos obaudire diutius non potuimus,  
sed unanimi voluntate et scientia omnium,  
decreta est ipsa itinerum prohibitio, quam ut  
publicam, et ab omnibus in conventu gene-  
rali constitutam, non possumus iam in  
aliquo mutare, ne quam nobis apud subdi-  
tos nostros displicentiam comparemus. Feliciter  
valeat

1524  
valeat vestra illustitas. Datum Cracovie die  
septima Martij, anno Domini millesimo quin-  
gentesimo vigesimo quarto, regni nostri anno  
decimo octavo.